

Quorundam,
Scriptis in publicum editis
CLARORUM
SILESIO RUM
MEDICORUM
VITAS

*In Gymnasio Vratislaviensi
Elisabetano*

XXII. Septembris, M DC LXVII.
publicè recensendas
indicit


~~XXXIV.~~

MARTINUS HANNKIUS,
Phil. Pract. Histor. & Eloq. Prof.

VRATISLAVIÆ,

In Hæredum Baumannianorum Typographiâ
exprimebat Joh. Christoph. Jacobi.





L. S.

EX quo eruditi Viri meditationes suas Litteris commiserunt, tanta librorum multitudo in publicum prodiit, ut, si omnes hodie superessent, hominis aetas universa vix singulorum titulis perlegendis, adeo nulli praeterea portioni cum cura oculis subjicienda sufficeret. Nam Auctorum sola nomina, quot quantosque codices facerent? Cujus rei nullum evidentius documentum esse potest, quam nostri aevi, post tot Gentium numerosissimas Bibliothecas, intra tot secula penitus absumentas, abundantissima scriptorum copia. Quae indies ex totius Europa typographicis officinis tam uberes accessiones habet, ut uno anno publicarum monumentorum perfectissimus index implere volumen possit, quod pluribus diebus lectorem defatiget. Hoc qui ad rei litterariae divitias referunt, ponderare copiaque, non meliore materia, thesauros censent. Ingentem cupri, ferri, orichalci molem, si auro permutes, vix millesimam suae magnitudinis partem representare, quis ignorat? Eam vero in Bibliopoliis litteratarum chartarum struem componas, quae capacissimam carrucam exaequet, at in epitomen, quae idem, quod pluribus paginis adducebatur, paucis lineis indicet, redacta, uni brachio sit comprehensibilis. Est haec saeculi, non felicitas, sed labes, quod plurima quidem, sed in his multa jam scripta; quaedam nova, sed parum utilia; denique non nulla eo ambitu scribantur, unde fecundam mentis luxuriam, non judicii copiam, aestimes; tacito quodam indicio, ad imperitissimos quosque docendos, in quorum intellectu magnum inane sit, grandioris alicujus operis, quod expleatur, indigum; non ad doctos homines, qui eò paucioribus verbis delectantur, quò plus habent ingenii, talia pertinere.

Hic inestimabilis librorum numerus, quos & antiqua posteritati reliquit aetas, & nostra contendit relinquere, ut diversissimorum Capitum effectus est, sic non unius ejusdemque generis causis, quae conditores ad scribendum impulerunt, originem suam refert acceptam. Eas omnes in medium producere, quid aliud

aliud est, quam pectorum humanorum arcana speculatum, quae interius cognoverit, edisserere? Nam licet vulgares communioresque rationes, cur multi, quod composuerunt, ediderint, exploratissimas habeamus, quas partim ipsimet, quamquam personato interdum habitu, indigitaverunt, partim conjectura non adeo difficili penetrare possumus: singulares tamen & plane domesticas quis omnes perspexerit? Fœcundissimum fontem, ex quo vastissimus quidam librorum Oceanus scaturiverit, fama cupiditatem dixerim. Hæc etsi plures inferioris deteriorisque conditionis, non tamen nullos omnino in optimis dedit. Etenim, scriptores haud paucos notes, solâ honoris spe sic inflammatos, ut etiam posthabitâ verecundiâ, qualescunque viderentur, modò viderentur, ex tenebris in apri-cum proferre labores suos, & iudicio publico exponere non dubitaverint. Hinc, ut nomen aliquod sibi facerent, monstrosa quidam dogmata invenerunt, à tritis eruditorum sententiis majorem in modum abhorrentia; tanquam si unaquæque novitas laudem mereatur: alii de rebus subtilioribus altiorisque indaginis moventes litem, exagitare, non capere, non prosternere adversarios suos, satis habuerunt; quasi carpere magnum virum, nisi magnus vir, nequeat. Nec defuerunt paupertina ingenia, quæ, cum nihil ipsa possiderent, quod in commune conferrent, alienas opes despoliare gavisæ, pridem actum egerunt. Quorum alii, Auctorum, quibus omnia debuerunt, silentio ubique præteritis nominibus; quod immodestioribus, sed nec suæ, nec aliorum gloriæ providis, placuit; alii, quod astutioribus consilium fuit, semel, certè rarius laudatis, magnifica intuentibus, contemnenda legentibus opera exstruxerunt. Ecquis autem enumeret omnia illorum genera, quos nimis augustus **AETERNITATIS** titulus, quem in hac rerum mortalitate paulò diuturniori constantiæ, justò liberaliores, tribuimus, penetrantissima lucis instar, ad ea, quibus egregium de se inter doctos iudicium minimè possent obtinere, satis cognoscenda, fulgentissimis radiis suis inhabiles reddidit? Contra verò acrior illa gloria, in celeberrimo, & dum mortalitas durabit, immortalis hoc litterarum regno impetranda cupido, quædam melioris notæ ingenia, cum viderent, præsertim nostro sæculo, veram se manentemque famam nequicquam anhelare, nisi præ cæteris aliquid singulare, non modò supra vulgus, sed & primores eruditorum, conderent, adeò excitavit, ut summo conatu elegantissima consummatissimaque scripta elaborarent, quibus vel ob ingenii peculiare acumen, vel ob industriarum specimen, se

applausum duraturamq; palmam meritorios considerent. Sic ad unam decur-
rentibus metam, ne omnes pervenirent, ut corporis, inter alios, sic inter scri-
ptores dispar habitus animi, precipuum fuit impedimentum. Hi universi Au-
tores eandem profecto, etsi non laudem adepti sunt, tamen culpam incurrerunt,
quod, dum ad unam augenda inter homines existimationis suae voluptatem,
contenderunt, à genuinà meta prorsus aberraverint. Enimverò, cum omni-
um rerum, tum maximè, quas in publico gerimus, quin scopus esse communis
utilitas debeat, neminem arbitror vocare in dubium posse, nisi qui prima hone-
storum actionum principia, vel non capiat, vel, nihil eorum sapientissimos
assertores veritus, nescio quibus argumentis, seu veritatis suspecta, seu aperta
falsitatis arguat. Quare, cum unius negotii plures possint esse, quanquam
alios quoq; fines amare, virtuti non repugnat, tamen ille, quem indicavimus,
ita necessarius est, ut, quando à consiliis nostris omnino excluditur, non modò
Christianorum, sed ne bonorum quidem virorum nomen nos ex vero sustinere
permittat. Hanc ergo metam, ad quam, tanquam ultimam in terris, humana
quaq; dirigi convenit, omnes scriptores sibi proponere par erat; sed quidam
non consecuti sunt, quamvis intenderint; alii non intenderunt, quamvis con-
secuti. Et exim ab eis, qui publicam salutem provehere cogitaverunt, ejusmodi
profecta reperias opera quibus haud paulò meliora de eadem materia pridem
existare, vel non notaverunt, vel suo, quandoq; aliorum proniore judicio decepti,
non crediderunt. Unde factum, ut eorum, licet difficilis partus, minimè tamen
vitalis. saepe intra pauciores menses, quam in justum corpus excreverat, paula-
tim direptus, evanuerit, solo ferè illorum commodo natus, à quibus, in vilium
chartarum relatus censum, in quemcunq; usum adhibitus fuit. Rursus sunt,
qui rationibus privatis adducti, magnum, an parvum, an nullum rei litterariae
fructum essent procreaturi, nunquam ad animam revocantes, nihilominus per
se talia in publicam lucem produxerunt, quae plures erravissent. Quà in re
Mercatores, supra virtutem, divitiarum cupientissimos imitati sunt, quorum
cura est, quando peregrinis terris immensa pondera transmittunt, non, quas ci-
vitatibus utilitates afferant, sed, quantum ex eis lucrum reportaturi sint, com-
putare. Omnium ultimus scriptorum ordo, qui vel inanissima quaq; figmenta,
quae à somniantibus consignata futes, commemorant, vel etiam scelera docent,
in quorum classe, utinam sola veterum paganorum, spurcissimos amores depin-
gentia.

gentia non item Christianorum quorundam, reponere monumenta liceat, non, quæ adspiciantur, nedum, quæ inspiciantur, digna.

Jam, etsi de Scriptoribus Silesiis, in quem quisq; primarium scopum scripta sua direxerit, nihil, de quò minimè dubitari possit, affirmare nobis licet; de plerisque tamen, cur nihil sinistri sentiendum sit, una sufficere causa potest, quod in dubiis de quoq; meliora per communem charitatem præsumenda sint, donec alicujus momenti argumentum adversam animo sententiam suadeat recipiendam. Unde in primis Medicorum, de re quidem medica libri, cum maximè id agant, ut hominum incolumitas efficacissimis præsiidiis aut conservetur, aut restituatur; habent, quò semet à vanis suspicionibus vindicent, & bonum autoribus suis elogium concilient. Ex iis quorundam vitas, crastinis, cum Deo, matutinis horis, in Gymnasii Elisabetani supremo Auditorio delecti Adolescentes Pueriq; recitabunt. Quos, ut nostri, maximè liberalium Artium, quæ juvenili ætati traduntur, Patroni, Fautores, Amici, quibus per alia licet, benevolis animis audituri, eò se sistant, & optamus, & quò decet, cultu studioq; contendimus. Hac venerabili grataq; præsentia suâ, non modò efficient, ut, quantum in ipsis, jacentes erigantur, sospites jucundius floreant litteræ; sed etiam incentivum nobis dabunt, devotas Deo preces allegandi, ut, si non, semper, certè quam diutissimè incolumes, saluberrimis Medicorum inventis, aut nunquam, aut rarò indigeant. Non esse corporibus hominum sua firmitas solet, nisi quandoq; provida Medicorum ope fulciatur. Rerump. corporibus robur integrum permanere nequit, ab imis fundamentis ruere solitum, cum Schole non habent, per quos earum vigor paulatim absumtus, subinde restau-
retur. P. P. Vratislavia, XI. Calendas Octobris, M DC LXVII.

Scriptis clarorum
MEDICORUM SILESIORUM
eo ordine, quò deceserunt, **VITAS**
recensebunt:

1555. ANTONII NIGRI, Vratislaviensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Brunsvicensium Poliatri: ERNESTUS FRIDERICUS à Frentag.

1558. ANDRÆ AURIFABRI, Vratislaviensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, in Academia Regiomontana Professoris, & Alberto Borusorum Duci à Consiliis Medicis: EMANUEL HENNINGIUS, VRATISLAVIENSIS.

1565. JOANNIS LANGII, Leorini, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Ludovici, Friderici II, & Ottonis Henrici, Comitum Palatinorum ad Rhenum, & Electorum Principum Archiatri: CHRISTIANUS EXNERUS, FRIEDBERGENSIS.

1572. BARTHOLOMÆI REUSNERI, Leorini, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Sittaviensium in Lusatia Poliatri: CAROLUS CHRISTOPHORUS Kimpfe / Vratislaviensis.

1573. JOACHIMI CURÆI, Freistadiensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Glogoviensium Poliatri: WENCESLAUS GEORGIUS à Wilttscheff / L. B.

1583. CHRISTOPHORI SCHILLINGI, Francosteinensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Linciensium in Austria Poliatri: ALEXANDER REICHARDUS, CALISSENSIS POLONUS.

1584. CAROLI OSLEVII, Vratislaviensis, Medicinæ Doctoris, Rudolpho II, Imperatori à Consiliis Medicis: SIGISMUNDUS Wilhelm / Vratislaviensis.

Eodem: CASPARIS HOFMANNI, Leobergensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Electoralis Brandenburgici Archiatri: JOHANNES ERNESTUS à Freyensfeld.

1585. JOAN.

1585. JOANNIS CRATONIS à Craſtheim, Vratiſlavi-
enſis, Medicinæ Doct̃oris, trium Imperatorum, Ferdinandi I,
Maximiliani II, & Rudolphi II, Patris, Filii, & Nepotis, Archia-
tri, Conſiliarii, Comit̃is Palatini: JOHANNES GEORGIUS CA-
RISIUS, CERVIMONTANUS.

1588. PETRI MONAVII, Vratiſlavienſis, Medicinæ Do-
ct̃oris, Rudolpho II, Imperatori à conſiliis valetudinis: JOHAN-
NES GEORGIUS Goldbach/VRATISLAVIENSIS.

1595. JOACHIMI BAUDISII, Vratiſlavienſis, Medicinæ
Doct̃oris, & Ducis, & Civitatis Lignicenſis, Monafteriiq; Lubefen-
ſis Medici: JOHANNES CHRISTOPHORUS Gleiffenberger/
VRATISLAVIENSIS.

1599. LAURENTII SCHOLTZII, Vratiſlavienſis, Phi-
loſophiæ & Medicinæ Doct̃oris, in Patriâ Practici: CHRISTO-
PHORUS Milde/VRATISLAVIENSIS.

Eodem: LUCÆ POLLIONIS, Vratiſlavienſis, Philoſophiæ
& Medicinæ Doct̃oris, Berolinenſium Poliatri: JOHANNES DA-
NIEL Kulick/VRATISLAVIENSIS.

1604. JOANNIS SCULTETI cognomine MONTANI,
Strigoviēſis, in Patria Poliatri, Terræ Sigillatæ Sileſiæ Inven-
toris: SIGISMUNDUS FROMHOLDUS Ring/BREGENSIS.

1605. CHRISTOPHORI RUMBAUMII, Javorienſis,
Medicinæ Doct̃oris, apud Vratiſlaviēſes Practici: CHRISTIA-
NUS Augſt/VRATISLAVIENSIS.

1609. CASPARIS SCHWENCKFELDII, Greiffenber-
genſis, Medicinæ Doct̃oris, Gorlicenſium Phyſici Ordinarii:
HENRICUS WENCESLAUS à Reibniß.

1612. ELIÆ BONVINII, Vratiſlavienſis, Medicinæ Do-
ct̃oris, & in Patria Practici: MARTINUS Hentschel/VRATISLA-
VIENSIS.

Eodem:

Eodem: ELIÆ REUSNERI, Leorini, Medicinæ Licentiati;
Historiarum & Poëseos in Jenensi Academia Profesforis: CARO-
LUS ZAGITSCHECK ab Hofstallowiz.

1614. JOANNIS HENNEMANNI REYSINGHII, Vra-
tislaviensis, Medicinæ Doct̃oris, Rudolphi II, Imperatoris Archi-
atri: JOHANNES CHRISTIANUS TITIUS, AURISIENSIS.

1625. MELCHIORIS SEBIZII, Falckenbergensis, Medi-
cinæ Doct̃oris, apud Argentinenses Poliatri, Profesforis Medici,
& in Collegio Thomano Canonici: GUILIELMUS THEOPHI-
LUS SOBECK à Korniz.

1627. JOANNIS MOLLERI, Lubenensis, Medicinæ Do-
ct̃oris, Poëtæ Cæsarei, & in Baronatu Dracomontano Practici:
CHRISTIANUS TIETZIUS, VRATISLAVIENSIS.

1631. DANIELIS BUCRETII, Vratislaviensis, Philoso-
phiæ & Medicinæ Doct̃oris: GODOFREDUS ECKMANNUS,
VRATISLAVIENSIS.


1633. CASPARIS CUNRADI, Vratislaviensis, Philoso-
phiæ & Medicinæ Doct̃oris, Poëtæ Cæsarei, in Patria Poliatri:
GODOFREDUS ALBINUS, SVIDNICENSIS.

1640. PETRI KIRSTENII, Vratislaviensis, Philosophiæ
& Medicinæ Doct̃oris, Archiatri in Svecia Regii, & in Academia
Upsaliensi Profesforis: CHRISTOPHORUS Wolff/Vratislav.

1644. MICHAELIS DÖRINGII, Vratislaviensis, Philoso-
phiæ & Medicinæ Doct̃oris, Caroli Eusebii Lichtensteinii, Ducis
in Silesia Oppaviensis & Carnoviensis Archiatri, & Reip. Patriæ
Physici: CHRISTOPHORUS Wolff/Vratislaviensis.



aliud est, quam
verit, edisserer
composuerunt,
quam personat
difficili penetr
perspexerit? F
Oceanus scatur
deterioris q, con
scriptores haud
bit a verecundi
cum proferre la
ut nomen aliqu
tis eruditorum
qua q, novitas
nis moventes la
tis habuerunt;
defuerunt pau
ne conferrent,
alii, Autorum
quod immodest
quod astutiori
entibus, contea
ret omnia illor
quem in hac re
res, tribuimus
doctos iudiciu
is suis inhabile
dum mortalita
quedam melio
se manentem q,
non modo supr
vit, ut summ
quibus vel obi



tum, qua interius cogno
rationes, cur multi, quod
uas partim ipsimet, quan
tim conjectura non adeo
è domesticas quis omnes
simus quidam librorum
Hac etsi plures inferioris
rimis dedit. Etenim,
motos, ut etiam postha
entur, ex tenebris in a pri
non dubitaverint. Hinc,
nata invenerunt, à tri
rentia; tanquam si una
oribus altioris q, indagi
nere adversarios suos, sa
gnus vir, nequeat. Nec
siderent, quod in commu
ctum egerunt. Quorum
q, prae teritis nominibus;
providis, placuit; alii,
audatis, magna intu
. Ecquis autem enume
RNITATIS titulus,
stantia, justò liberalio
ibus egregium de se inter
nda, fulgentissimis radi
loria, in celeberrimo, &
egno impetranda cupido,
im nostro saeculo, veram
ceteris aliquid singulare,
conderent, adeò excita
na q, scripta elaborarent,
ri rararum specimen, se
applau

